UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Chronicon chronicorum ecclesiastico-politicum

ex huius superiorisque aetatis scriptoribus concinnatum ; qua non modo pontificum, archiepiscoporum, abbatum, &c., set et doctorum armis literisque illustrium, dies natalis ... egregiaque eorum ... facinora ... breviter delineantur ...

**Gruterus, Janus**

**Francoforti, 1614**

XXXV. Episcopi Trecenses.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64659

Visual Library

LXXXIV.

Philippus de Lenoncourt. Obiit 1592.

LXXXV.

Nicolaus de Pelleue. Obiit anno 1594.

LXXXVI.

Philippus du Bec. Obiit anno 1605.

LXXXVII.

Ludouicus à Lotharingia Henrici Ducis Guiſiæ fil.

# EPISCOPORVM TRECENSIVM CATALOGVS. EX PROMPTVARIO NICOL. CAMVZATI.

I.

S. Amator, ſecundum quidem locum vendicat, inter Epiſcopos Tricaſſinos: ſed tamen veteres elenchi & catalogi eum ordine primo collocăt. Vixiſſe videtur circiter annum Chriſti 340.

II.

Optationus. interfuit Concilio Colonienſi anno 350. memoratur etiam in hiſtoria S. Seruatii Tungrenſis Epiſcopi.

III.

Leo.

IV.

Heraclius.

V.

S. Melanius in Sanctorum ordinem cooptatus in Monaſterio Cellenſi.

VI.

Aurelianus.

VII.

S. Vrſus. Feſtum eius natalis diem celebrat Eccl[illegible] Trecenſis 26. Iulii. mortuus eſt circiter annum 426.

VIII.

S. Lupus, electus anno 426. præfuit 52. defunctus [illegible]no 479. virtutes eius proſa ac verſu prodidit Sidonius [illegible]pollinaris.

IX.

S. Camelianus, ſucceſſit Lupo. interfuit primæ Syn[illegible]odo Aurelianenſi. laudatur & a Sidonio, ſed Himeri[illegible] mine. quidam obitum aſſignant anno 525.

X.

S. Vincentius, electus circiter annum 526. Delubr[illegible] S. Auentino ſacrum extra vrbis Trecenſis mœnia ex[illegible] candum curauit; ibique viſitur eius ſepulcrum.

XI.

Ambroſius. hic quintæ Aurelianenſi Synodo inte[illegible] fuit anno 552.

XII.

Gallomagnus, Matiſconenſis primæ Synodi acta, [illegible] ſcripto nomine & chirographo confirmauit 581.

XIII.

Agræcius, ſecundo Matiſconenſi concilio interfu[illegible] anno 588. collectum.

XIV.

Lupus II. alias Leuſus, vnus ex iis qui ſub Vitaliano P[illegible] pa celebrarunt conuentum Cabilonenſem 660.

XV.

Euodius.

XVI.

Modegiſilus.

XVII.

Ragnegiſilus, natione Aquitanus. extruxit S. Sat[illegible] te[illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

templum in ſuburbano Trecenſi.

XVIII.

Leuconius alias Leoconius.

XIX.

Bertoaldus.

XX.

Wammirus. de his nihil omnino veteres hiſtoriæ produnt, adeoque ſolo nomine, eorum notitia ad nos peruenit.

XXI.

Abbofelix. memoratur etiam in Frodobertina hiſtoria.

XXII.

Vulfredus.

XXIII.

Ragembertus.

XXIV.

Aldebertus alias Aldobertus. è Cellenſi monaſterio huc euectus eſt, vt patet ex Frodobertina.

XXV.

Fredebertus.

XXVI.

Gautſerius.

XXVII.

Arduinus.

XXVIII.

Cenſardus.

XXIX.

S. Bobinus. in ſanctorum numerum adſcriptus à cœnobio Cellenſi, in quo primum monachus fuerat. eius translatio celebratur 22. Aprilis.

XXX.

Amingus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XXXI.

Adelgartus.

XXXII.

Oſulfus,

XXXIII.

Bertulfus. Nihil quidquam de his quatuor Epiſcopis an-tiqua monumenta referunt: ſed facile eſt aſſequi coniectura, eos Pipini & Caroli Magni temporibus vixiſſe.

XXXIV.

S. Paullus. eius corpus in lignea theca conditum, Tricaſſina Eccleſia tanquam ſacrum depoſitum colit.

XXXV.

Helias. Floruit æuo Ludouici Pii Imperatoris. fato functus eſt anno 836.

XXXVI.

Adalbertus. primo eius Epiſcopatus anno, Arremarenſe cœnobium in Trecenſi diœceſi conſtitutum.

XXXVII.

S. Prudentius. Hiſpanicis oris ortus. exceſſit è viuis anno 864. aut non multo ſecus. feſtum eius peragitur 6 Aprilis.

XXXVIII.

Fulchricus. interfuit prouinciali Synodo anno 866 in Sueſſionenſi vrbe habitæ.

XXXIX.

Otulphus, D. Frodoberti corpus anno 872. humo extulit, comitiiſque adfuit ſub Carolo Caluo Ticini habitis anno 876. vel vt aliis placet 77.

XL.

Bodo, iam inde ab anno 878. Pontificium munus geſtiſſe, nonnulli prodiderunt.

XLI.

Rithueus, alias Rithneus.

XLII.

Otbertus.

XLIII.

Anſegiſus, alias Anſerſus. hic in certamine & prælio ad montem Calaun cum Normannis inito, acri animo pugnans vulneratus eſt anno 925.

XLIV.

Walo, ſeu Gualo. Lothario rege vixit anno 972.

XLV.

Hadricus ſiue Ayricus.

XLVI.

Milo. Interfuit inaugurationi Eccleſiæ S. Stephani Senonenſis, quæ ab archipræſule Seguino ſolenni ritu celebrata eſt anno 982.

XLVII.

Manaſſes. migrauit è vita anno 993. vt auctor eſt Glaber.

XLVIII.

Rainaldus, alias Rainoldus.

XLIX.

Fortmondus. obiit circa annum 1034. vt ſcriptum eſt in veteri Chronico cœnobii S. Petri viui Senonenſis; vel præciſe anno 1046. vt obſeruatur in Chronico recentiore.

L.

Mainardus. obiit anno 1062. peractis in Epiſcopatu annis 12. menſibus 3. & 8. diebus.

LI.

Fortmondus II. Epiſcopalia ornamenta accepit à Leone IX. qui anno 1049. in Gallia verſabatur.

LII.

Hugo primus.

LIII.

Hugo ſecundus. quandoquidem homonymi ſunt, nonnihil negotii eſt tempus annumque quo primum geſ-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſere Pontificatum diſcernere; cum quo anno prior obie-rit, plane ignoretur. Eorum alter ſacris inaugurationi Philippi I. Regis interfuit.

LIV.

Philippus, electus eſt anno 108?. eoque præſulatum adminiſtrante habita ſunt Trecis duo Concilia, primum anno 1104. alterum 1107.

LV.

Rainaldus II. generis huius ſeries deducitur cap. 4? lib. 5. Supplementi hiſtoriæ Aimonii.

LVI.

Hatto creatus eſt anno 1122. D. Bernardi & Petri Abbatis Cluniacenſis coætaneus.

LVII.

Henricus, electus 1146. Eleemoſynarium habeit Petrum Comeſtorem. Quod propinquus eſſet Comiti Campaniæ, luculentiſſima priuilegia ſuis impetrauit.

LVIII.

Mathæus creatus eſt circiter annum 1169. & è viuis exceſſit 1180.

LIX.

Manaſſes II. cognomento de Pougeyo, creatus 11..

LX.

Bartholomæus, qui & Haicius de Planceyo, electus eſt anno 1190. antea Cancellarius Henrici I. & II. Campaniæ comitum. obiit 20. die Febr.

LXI.

Garnerus creatus anno 1193. aut ſequente: nec enim præciſe annus adſignari poteſt. erat ex Dominorum Tra-nelli progenie. interfuit bello ſacro cum Balduino Flandro, anno 1205. quo obiit Conſtantinopoli.

Herueus

LXII.

Herueus creatus anno 1206. defunctus eſt 1223. 6. nonas Iulias.

LXIII.

Robertus ex Decano factus eſt Epiſcopus, moriturq; die 3. menſis Iunii 1234.

LXIV.

Nicolaus deceſſit è vita anno 1269. eius Imperio Franciſcanorum domus condita eſt 1237. & ſummum Pontificatum geſſit Vrbanus quartus Trecis ortus, quibus ideo indulgentias plures liberaliſſime conceſſit.

LXV.

Ioannes de Nantolio viuere deſiit 1295. 27. die Iunii; quo etiam obiit Theobaldus frater eius Epiſcopus Bellouacenſis.

LXVI.

Guichardus, præfectus antea cœnobio cellæ admirabilis, obiit 22. Ianuarii, vel vt alii 17. anno 1314.

LXVII.

Ioannes II. de Auxeio, Iuris legumque anteceſſor, obiit 13. Ianuarii, annus ambiguus eſt.

LXVIII.

Gulielmus Mechin, vixit temporibus Ioannis Papæ XXII. qui eius meminit, in quodam indulgentiarum diplomate 1319.

LXIX.

Ioannes III. de Albiniaco, quo anno creatus fuerit incertum eſt; forte 1326. obiit 1341. poſtridie omnium Sanctorum.

LXX.

Ioannes IV. de Auxeio, nepos ſuperioris Ioannis II. inſignia exuit Tricaſſini Epiſcopatus, vt indueret Antiſſiodorenſis: obiitque 1358.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

LXXI.

Henticus II. de Pictauia, è gente Valentinenſi, creatus circiter 1351. deſiit 1370. 25. Auguſti.

LXXII.

Ioannes V. Braque, vixit tantum quinquennium, mortuus anno 1375. feſto D. Laurentii.

LXXIII.

F. Petrus de Villaribus, Dominicanæ familiæ. cognomen ei ab oppido decem leucis Trecis diſſito. erat Doctor Theologiæ & Carolo V. Regi à confeſſionibus. creatus 29. April. 1376. obiit 12. Iunii 1377.

LXXIV.

Petrus II. de Arceys. antea Iuridicus controuerſiarum quæ ad ius canonicum pertinent cognitor. cognomen eſt ab oppidulo Trecenſi. deceſſit ea Dominica qua Chriſti rediuivi octodialia abſoluuntur 1395.

LXXV.

Stephanus de Giuriaco ſederat ante 20. annis Pariſiis in Parlaméto. in Epiſcopali annis 31. obiit 26. April. 1426. ætatis 92.

LXXVI.

Ioannes Leſguiſier Iuris ciuilis Baccalaureus, in iure canonico Licentiatus, præfuit 24. annis, mortuus 3. Aug. 1450. Pariſiis.

LXXVII.

Ludouicus Raguirius, prius Conſiliarius Regius in Parlamento, obiit 19. Auguſti 1488.

LXXVIII.

Iacobus Raguir, prioris ex fratre filius, qui reſignauerat officium ſuum, ſucceſſit 27. Febr. 1483. obiit 14. Nouemb. 1518.

LXXIX.

Guilielmus de Parui, creatus 10. Martii 1518.

LXXX.

Odoardus Hennequinus ſplendidæ familiæ, & antea

Regis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regis Eleemoſynarius, iniit 13. Nouembr. 1544. ætatis 60. ſepultuſque die 14. eiuſdem menſis.

LXXXI.

Ludouicus à Lotharingia cum ſolium vacaſſet octo menſibus eligitur 13. Iulii 1545. annorum 18. adoleſcens.

LXXXII.

Antonius Caracciolus, ſiue à Melſia filius Ioannis in regno Neapolitano & Subalpinæ regionis ſub Franciſco I. proregis; creatus 13. Decemb. 1551. at 1561. defecit ad Proteſtantes & obiit Aureliana diœceſi 1569.

LXXXIII.

Claudius de Bauffremont, nobiliſſ. proſapiæ, ſucceſſit 13. Maii 1563. obiit 24. Septemb. 1593. ætatis 64.

LXXXIV.

Renatus de Breslay Andegauenſis Doctor Theologiæ à Rege Henrico IV. nominatus & deſignatus ſtatim, confirmatus autem à Paulo V. 20. Septemb. 1605.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN